Inscriptiones in podio amphitheatri Flavii ad designanda spectatorum loca aetate labente incisas post Lancianium (Bull. comunale 1880 p. 245—249 n. 33—85; p. 249—267 n. 86—226) edidit Huelsen VI 32099—32151. 32152—32250 (illas saeculi p. Chr. IV, has exeuntis saec. V vel ineuntis sexti). — Similes inscriptiones amphitheatri Carthaginiensis edidit Delattre mém. des antiquaires de France 57, 1898 p. 142 seq.; Syracusanas habes X 7130, Arelatenses XII 714, Polenses V 85, Lugdunenses XIII 1667, Parisiacas XIII 3035, Lambaesitanas VIII 3293, Aquincenses III S. 10493.

5655 eq. g. III[1].

Arausione in theatro, in gradus eius qui infimus est omnium, parte anteriore (XII 1241ª vidit Hirschfeld). — 1) *Equitum gradus tres.*

5656 n.[1] Atr. et Ovidis[2] loca n̄.[3] XXV d. d. d. N.[4]; n.[1] Rhod. et [*A*]rar.[5] XL d. d. d. N.

Nemausi in amphitheatro, in podio ut videtur quod caveam cingit (XII 3316 cf. p. 836 vidit Hirschfeld). Ex altero exemplo eiusdem tituli videtur superesse XII 3317. — 1) *Nautis.* — 2) *Nomina fluviorum hodie dictorum l'Ardèche et l'Ouvèze, ut probabiliter coniecit Germer-Durand.* — 3) *Numero.* — 4) *Data decreto decurionum Nemausensium.* — 5) *Nautae Rhodanici et Ararici saepe memorantur in titulis Lugdunensibus (cf. C. I. L. XIII p. 254).*

5657 L. Manilius Gallus et L. Man[*i*]lius Alexander Aurg.[1] ob hono|rem VIvir. secundum petitionem m. m.[2] optimi patroni[3] loca spectacul. | numero CC singuli ex duplici pecunia | decreto optimi ordinis municipib. m.[4] Aurgita|ni dederunt donaverunt.

Iaen Andalusiae, ubi fuit municipium Aurgi (II 3364 bis descripta saec. XVII). — 1) *Aurgitani.* — 2) *Municipum municipii.* — 3) *Patronus mihi videtur appellari ipsum municipium honoris causa.* — 4) *Municipii.*

Ex reditibus locorum amphitheatri *est supra N. 411.*

5658 C. Licinius Badius | podium circi p. C | sua impensa d. d.

5658ª T. Cassius Celer | podium circi | pedes C | sua impensa | d. d.

Prope Taviram in ora Lusitaniae, ubi fuit Balsa, rep. (II S. 5165. 5166 Huebner vidit ectypa). Secundam inscriptionem litteris multo peioribus et minoribus scriptam esse quam alteram ait Huebner.

5659 loca n. Đ in circ. | Sex. Iul. Ianuarius[1] | aedil. dat.

Lugduni (XIII 1919 semel descripta). — 1) *Idem memoratur XIII 1805.*

Ad loca in circo urbis Romae attributa spectare videtur N. 286 (sed cf. Mommsen Staatsrecht III p. 446 not. 3).

5660 L. Valerius Amandus | et L. Valerius Lucumo | podium[1] in circo p. dec.[2] | ob honorem IIIIIIvir. | ex decreto decurionum | d. s. p. f. c.

Zafrae in Baetica (II 984 cf. Eph. ep. 8 p. 384 descr. saec. XVII Rodericus Caro). — 1) lucum ob odium *aliud exemplum.* — 2) p. DC *praefert Momms.*

5661 Dec.[1] Claud. Iuvenal. Sar|dicus[2], perfectis metis | et ovaris[3] itemque tribu|nali iudicum, quae ob me|moriam Claudiorum Ru|finiani fili, bonae memo|riae iuvenis, et Rufinia|ni et Victorini nepotum, | et Longania Primosa[4] | bonae memoriae femi|nae, uxor eiius, mater et | avia